



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Maxellendis V. M. 13. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

708 VITÆ SANCTORUM. 13. Nov.
Dagoberti (cujus inter ephebos agebat)
oculos cepit, tunc præsertim, cum dor-
mienti cælum inusitatâ luce advigilare
perspexit. Nam post hoc ipforum su-
perum testimonium non potuit quin ca-
stissimè amplexatus dulcissimeque deos-
culatus CUNIBERTUM in filium rex adopta-
ret. Sed ambivit nobiliorem hereditatem
cæli capax animulus, mundoque valere
jusso, DEO & aris se addixit. Ab his ad
Pontificatum Colonensem evectus est,
bonis utique avibus, quando sacrificantis
caput ambire candidissima è cælo colum-
ba visâ est. Obiit cæli delictum, & amor
civium, anno DCLXIII. & amare se vicif-
sim hos mortuus ostendit, cum grassan-
tem urbe ignem, & jam D. Petri basili-
cam expugnantem, pressit domuitque.
Neque mirum hoc nobis videtur; majo-
res & Veneris flammâs puer jam vicit.
Ex Surio.

*His qui ex Deo sunt, omni te obedienciâ
& humilitate substerne, ut, qui in te Chri-
stum quarunt, Christum inveniant, & in
mansuetudine, quam exterius viderint, an-
torem mansuetudinis in tuo meotis salio
presidere deprehendant. S. Pet. Dam. l. 6.
Epist. 30.*

S. MAXELLENDIS V. M.
13. Novembris.

Supra & sexum & ætatem MAXEL-
LENDIS Cameracensis virguncula
sapuit,

13 Nov. VITÆ SANCTORUM. 769
sapuit, crepundia rata, quidquid ma-
gnum orbis oculis ostentat, & generoso
fastidio omnia terræ nauseans, uni cælo
arridens. Quid, quòd necdum viro, sed
cælo tamen matura se lubens volens huic
despondit? Itaque serò nimis postea filiam
in manus dare Hartuino juveni nobili &
prædiviti parentes constituerunt. No-
ctem enim illa proconsultatione cum
petiisset, eique qui optima suaderet,
Tutelarum Angelus intervenisset, in eam
denique sententiam virgo animus ivit, ne
detrimenti quidquam virginitas caperet,
omnia & agere & pati, quin vitam po-
tius ipsam quam pactam Christo fidem
prodigere. Nec multò post, duce pessimo
amore, bellum movit virginitati Hartui-
nus, & cum absentibus parentibus ædes
castissimas expugnasset, prodita ab an-
cillulâ MAXELLENDI, & è latebris
protracta, ubi florem non potuit, vitam
abstulit. Verum, ut videret sub quo
stipendio mereret, oculos eo ipso in lo-
co amisit, nec nisi post tertium annum,
quando ad tumbam virginis veniam sce-
leris rogavit, recepit, reapse id edo-
ctus, quod nequaquam Poëta mentian-
tur, tyrannum esse Amorem & cæcum.

Ex Surio.

*Hæc nostræ Christianitatis summa est,
ut amantibus vicissitudinem, lædentibus
patientiam rependamus: qui ergo fuerit pa-
tientior ad injuriam, potentior constituetur.*

Y y 3

313

710 VITÆ SANCTORUM. 13. Nov.
in regno. Non enim ad imperium calorum
pervenitur superbiâ & divitiis, sed hu-
militate, pauperie, lenitate. S. Maxim.
Serm. de S. Mich.

S. HOMOBONUS CONF.

13. Novembris.

FECIT HOMOBONUS nomini vitam
respondere. Neque adeò huic rei con-
jugium, quo implicatus fuit, neque
mercatura, quam exercuit, obtulit.
Quin tum demum non sterilem se puta-
vit, cum patrem illum miseri appella-
rent tum; lucrum se fecisse, cum iis, qui
neque unde persolvant, habent, paupe-
ribus rem credidisset. Multum illi eam
ob rem uxor negotii faceffivit. Sed huic
identidem ille occinebat: neminem un-
quam quantumvis prodigum in egenos
ad incitas redactum esse: plus dando ac-
cipi, quàm dari: tutissimum ararium
esse, pauperum sinum: quod his detur,
non donum sed mutuum esse: quantum
dissolvere Superi differant, tantum foe-
noris adcrefcere: & quæ demum merca-
tura lucrosior possit esse, quàm nummo
cælum emere? Probavit hoc studium
Numeñ, cum canistrum non magnum
portentosam panum copiam, fons etiam
merum dispensatori ministravit. Adhuc
positum in more habuit, concubiâ no-
cæ templum precandi causâ petere,
quod